Æqvè mihi pateſcit:
Mors & Neſas
Spirent minas,
Mea mens ibi qvieſcit.
9. Ibi moror
Hîc dividor
Cum corpus atq; mentem.
Poſthac meum
Penes Deum
Polum colam nitentem.
10. Nunc triplici
Laus Numini:
Virtus honosq; detur!
Nec ambigo,
Fidens Deo
Qvod perpetim feretur.

CCX. Allein zu dir HErr JEſu Chriſt/
D. Joh. *Chyomuſi.* EX verſ. Wolfg.
Ammonii.

IN unico, Jucunde mi,
Te ſpero, Chriſte Jeſu!
Tu nam Patronus es mihi,
Nec me niſi leves tu:
Non orbe qviſqvam prodiit,
Prognatus aut unqvam fuit,
Ab eruat qvi me malô:
Te poſtulo,
Fiduciam in Te colloco,
2. Mihi reatus ſunt graves,
Me pœnitentq; corde:

Ab